



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

1 Legatus Cardinalis reuerenter recusari potest.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

leg. & i. m. d. princ. vel si recepta, & seruata fuerit, quod legitima prescriptione sublata sit, & quod beneficium illud iugo aliquo tempore, quadraginta scilicet, vel circiter annis liberum ab oneribus in fundatione iniunctis ab ipsius & predecessoris suis bona fide possessum fuerit; cum in bonis, & iuribus ecclesiasticis per lapsu triginta, vel quadraginta annorum etiam in valde prauidicialibus titulis iuste praesumatur. cap. de quarta, c. ad aures, c. illud autem de praeser. Bald. tract. de praeser. 3. par. 3. part. 9. 10. num. 27. & possessor in dubio bonam fidem habere ceterum. Gl. in c. Sanctorum, verb. sincere. & in c. si diligenti, ver. bona fide, de praeser. iura vero antiqua cum Tridentino solum de oneribus, & qualitatibus beaeficiorum, quae semel recepta, & seruata, nec aliqua postea prescriptione legitima sublata sunt, intelligenda sunt.

DECISIO II.

Ex consil. 3. & 5. in Nouis desunt in antiquis.

Prescriptione 40. annorum res aliena iura conscientia possidetur; dummodo praescribens nec sciebat, nec scire debuit rem alterius esse; quam tamen ignorantiam probabilem non habere censetur, qui in domo sua publica documenta habuit rem alterius esse.

TITVLVS XV.

De sententia, & re iudicata.

S Y M M A R I V M.

- 1 Sententia in non citatum, vel inauditum lata est nulla.
- 2 Regulariter verbo defensionis, non appellationis, uti solent.
- 3 Delictum meum non dicitur deductum in iudicium, licet socius criminis in iudicium vocetur.

DECISIO I.

Ex consil. unico, alias 5. de appel.

Sicut omnis sententia a iudice incompetente lata, capit, sicut super, de offic. deleg. vel in damnam particularis persona, saltem sine causa rationabili, & ab eo, qui non habet Regalia, seu qui superiorem recognoscit, Pan. in c. cum omnes, de consti. est ipso iure nulla; ita etiam & contra non citatum, vel non auditum legitime, ordinatio, vel sententia data, ipso iure nulla censetur, ca. Nos in quaenam, 2. q. 1. a. quocumque superiore sine ab Imperatore, Clem. pastoralis, de re iud. siue a Papa feratur, c. 1. de causa posses.

DECISIO II.

Regularis licet grauatus verbo appellationis, & petitionis Apostolorum, quo seculares Clerici vtuntur, uti nequeat, remedium tamen defensionis, quae est iuris naturalis, quam appellatio in se includit, uti potest, cum Religiosus peior se conditionis esse non debeat, quam alij, sed melioris, nec magis grauati, quam alij, sed lege minus propter quod sunt eis multae immunitates, & privilegia concessa, c. 1. de priuileg. in 6. vn de taliter grauatus etiam si non possit appellare, aut per viam appellationis ad superiorem accedere; potest tamen per viam simplicis querelae superiorem grauatus adire. Pan. & alij in ca. dilecti, 2. de appell. & superior, causa cognita, ea facere tenetur, quae bonus & rectus iudex ad se appellanti legitime faceret, cum tineris ar. eptio ad superiorem, vim & effectum appellationis obtineat, c. dilecti, 2. de appella.

DECISIO III.

Ex consil. 2. in Nouis, deest in antiquis.

Delinquentibus duobus vnum delictum, ob quod incurritur irregularitas, quamuis contra vnum intentata sit actio in iudicio, si tamen defectu probationis absolutus sit, alter virtute Concilij Trid. scilicet 24. c. 6. de refor. ab ordinario dispensari potest, eo quod delictum istius in iudicio deductum non sit, quamuis socius criminis in iudicio vocatus sit. Res enim inter alios acta, alijs non praedicitur, quibus res iudicata non nocet, l. 1. & 2. C. res inter

alios acta. Nauarr. in Man. cap. 27. num. 254. vnde cum illius delictum adhuc occultum sit, ordinarius in eo dispensare valet.

TITVLVS XVI.

De Appellationibus.

S Y M M A R I V M.

- 1 Legatus Cardinalis reuenter recusari potest.
- 2 Appellare a sententia definitiva, vel ab interlocutoria quando liceat.
- 3 Appellari potest ad Papam ab omni sententia definitiva.
- 4 Appellare quando Regularibus liceat.

DECISIO I.

Ex consil. 1. alias 3.

Quamuis Legati a latere sententia, & iudicium sine causa recusari non debet, honeste tamen, & reuenter recusari potest, cap. Noui, de appel. & Pan. & Dec. ibi. cum etiam & totum vnum Concilium Provinciale recusari, & ab eo appellari possit, c. Suspecti, 3. q. 5. Pan. & Fel. in c. 1. de iud.

DECISIO II.

Ex consil. 2. alias 1.

Iudex in omnibus casibus, in quibus legitime appellatur, hoc est, intra legitimum tempus, c. ab eo, de appell. in 6. seu decendum, Auth. Hodie, C. de appel. appellationi deferre tenetur. Et quamuis olim tam a definitiva, quam ab interlocutoria regulariter in omni causa appellare licebat: a definitiva quidem non expressa iusta causa appellandi, cap. 1. de appel. in 6. dummodo non sit causa, in qua, vel a iure, vel ab homine remouetur appellatio: (quia iustitiam a definitiva appellare non licet, nisi exprimat iusta causa ad appellandum); c. licet, de off. ord. & ghibi, & cap. Romana, §. si autem, de appel. in 6. Ab interlocutoria autem iure canonico scriptis, & expressa iusta causa appellandi, c. vt debitus honor, de appel. & c. 1. de appel. in 6. post Concilium tamen Tridentinum, sess. 13. c. 1. de ref. & sess. 24. ca. 20. de refor. ab interlocutoria in causis criminalibus appellare non licet, nisi quando grauamen per illam illatum non possit per appellationem a definitiva tolli, sed nec a definitiva etiam appellari potest in causis visitationis, & correctionis, habilitatis, & inhabilitatis; quod tamen ita intelligendum est, vt non nisi iusta de causa expressa id fiat, c. Romana, §. si autem, de appel. in 6. & iudex qui iuste appellationi non desert, puniendus est, c. de priore, de appel. & c. 1. de appell. in 6.

DECISIO III.

Ex consil. 3. alias 2.

Abonni sententia definitiva, vel habente vim definitiuae Concilij Provincialis ad Papam, vel ad Concilium Generale appellari potest, c. 1. de iudic. & regulariter appellatio iusta sententiae executionem, & inde sequuta su spendit, l. 1. ff. nihil nouari pen. appe. nisi in casu quo iudex procedit cum clausula, omni appellatione remota, c. Pastoralis, de appel. vel cum appellatur a sententia ex communitationis, d. cap. pastoralis, §. verum, vel ab alijs censuris, c. is cui, §. si de senten. ex. in 6. vel cum appellatio est frivola, cui iudex a quo non deuulit, cum appellationibus, de appell. in 6.

DECISIO IV.

Ex consil. 4. alias 4.

Cum appellatio defensio quaedam sit, c. cum inter, de except. & non qualiscumque, sed quae iure naturae debetur, & proinde nemini deseganda sit, Clem. pastoralis, §. ceterum, de iudic. non solum potest religiosus in causa civili, & criminali, sed etiam in causa immoderate correctionis ad suam innocentiam tuendam, ad superiorem appellare, & recurrere, cap. reprehensibilis, & cap. de priore, & Dec. ibi, de appel. & c. licet, de off. ord. & glo. & Pan. ibi, & superiorem nimis in eum fruente, de monasterio fuere